# AUGUST 25, ST. LOUIS IX, CONFESSOR

Errors? help@extraordinaryform.org

**INTROIT: Psalm 36: 30,31**

Os justi meditábitur sapiéntiam, et lingua ejus loquétur judícium: lex Dei ejus in corde ipsíus, (Ps 36:1) Noli æmulári in malignántibus: neque zeláveris faciéntes iniquitátem. V. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in sǽcula sæculórum. Amen. Os justi meditábitur sapiéntiam, et lingua ejus loquétur judícium: lex Dei ejus in corde ipsíus.

The mouth of the just shall meditate wisdom, and his tongue shall speak judgment: the law of his God is in his heart. (Ps. 36: 1) Be not emulous of evildoers: nor envy them that work iniquity. V. Glory be to the Father and to the Son and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. The mouth of the just shall meditate wisdom, and his tongue shall speak judgment: the law of his God is in his heart.

**COLLECT**

Deus, qui beátum Ludovícum Confessórem tuum de terréno regno ad cæeléstis regni glóriam transtulísti: ejus, quǽsumus, méritis et intercessióne; Regis regum Jesu Christi, Fílii tui, fácias nos esse consórtes: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum.

God, Who didst take Thy blessed confessor, Louis, from an earthly throne to the glory of the Heavenly kingdom, by his merits and intercession we beseech Thee that Thou make us to be associates of the King of kings, Jesus Christ Thy Son. Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

**EPISTLE: Wis 10: 10-14**

Justum dedúxit Dóminus per vias rectas, et osténdit illi regnum Dei, et dedit illi sciéntiam sanctórum: honestávit illum in labóribus, et complévit labóres illíus. In fraude circumveniéntium illum áffuit illi, et honéstum fecit illum. Custodívit illum ab inimícis, et a seductóribus tutávit illum, et certámen forte dedit illi, ut vínceret et sciret, quóniam ómnium poténtior est sapiéntia. Hæc vénditum justum non derelíquit, sed a peccatóribus liberávit eum: descendítque cum illo in fóveam, et in vínculis non derelíquit illum, donec afférret illi sceptrum regni, et poténtiam advérsus eos, qui eum deprimébant: et mendáces osténdit, qui maculavérunt illum, et dedit illi claritátem ætérnam, Dóminus, Deus noster.

The Lord conducted the just through the right ways, and showed him the kingdom of God, and gave him the knowledge of the holy things; made him honorable in his labors, and accomplished his labors. In the deceit of them that overreached him, He stood by him, and made him honorable. He kept him safe from his enemies, and defended him from seducers, and gave him a strong conflict, that he might overcome, and know that wisdom is mightier than all. She forsook not the just when he was sold, but delivered him from sinners: she went down with him into the pit, and in bands she left him not, till she brought him the sceptre of the kingdom, and power against those that oppressed him; and showed them to be liars that had accused him: and the Lord our God gave him everlasting glory.

**GRADUAL: Psalm 91: 13,14**

Justus ut palma florébit: sicut cedrus Líbani multiplicátur in domo Dómini. V. Ad annuntiándum mane misericórdiam tuam, et veritátem tuam per noctem.

The just shall flourish like the palm tree: he shall grow up like the cedar of Lebanon in the house of the Lord. V. To show forth Thy mercy in the morning, and Thy truth in the night.

**LESSER ALLELUIA**

Allelúja, allelúja. V. (James 1: 12) Beátus vir, qui suffert tentatiónem. quóniam cum probátus fúerit, accípiet corónam vitæ. Allelúja.

Alleluia. Alleluia. Blessed is the man that endureth temptation: for when he hath been proved, he shall receive the crown of life. Alleluia.

**GOSPEL: Luke 19: 12-26**

In illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis parábolam hanc: Homo quidam nóbilis ábiit in regionem longínquam accípere sibi regnum, et revérti. Vocátis autem decem servis suis, dedit eis decem mnas, et ait ad illos: Negotiámini, dum vénio. Cives autem ejus óderant eum: et misérunt legatiónem post illum, dicéntes: Nólumus hunc regnáre super nos. Et factum est, ut redíret accépto regno: et jussit vocári servos, quibus dedit pecúniam, ut sciret, quantum quisque negotiátus esset. Venit autem primus, dicens: Dómine, mna tua decem mnas acquisívit. Et ait illi: Euge, bone serve, quia in módico fuísti fidélis, eris potestátem habens super decem civitátes. Et alter venit, dicens: Dómine, mna tua fecit quinque mnas. Et huic ait: Et tu esto super quinque civitátes. Et alter venit, dicens: Dómine, ecce mna tua, quam hábui repósitam in sudário: tímui enim te, quia homo austérus es: tollis, quod non posuísti, et metis, quod non seminásti. Dicit ei: De ore tuo te júdico, serve nequam. Sciébas, quod ego homo austérus sum, tollens, quod non pósui, et metens, quod non seminávi: et quare non dedísti pecúniam meam ad mensam, ut ego véniens cum usúris útique exegíssem illam? Et astántibus dixit: Auferte ab illo mnam et date illi, qui decem mnas habet. Et dixérunt ei: Dómine, habet decem mnas. Dico autem vobis: Quia omni habénti dábitur, et abundábit: ab eo autem, qui non habet, et, quod habet, auferétur ab eo.

At that time Jesus spoke this parable to His disciples: A certain nobleman went into a far country to receive for himself a kingdom, and to return. And calling his ten servants, he gave them ten pounds; and said to them, Trade till I come. But his citizens hated him; and they sent an embassage after him, saying, We will not have this man to reign over us. And it came to pass that he returned, having received the kingdom; and he commanded his servants to be called, to whom he had given the money, that he might know how much every man had gained by trading. And the first came, saying, Lord, thy pound hath gained ten pounds: and he said to him, Well done, thou good servant, because thou hast been faithful in a little, thou shalt have power over ten cities. And the second came, saying, Lord, thy pound hath gained five pounds: and he said to him, Be thou also over five cities. And another came, saying, Lord, behold, here is thy pound, which I have kept laid up in a napkin; for I feared thee, because thou art an austere man; thou takest up what thou didst not lay down, and thou reapest that which thou didst not sow. He saith to him, Out of thy own mouth I judge thee, thou wicked servant. Thou knowest that I was an austere man, taking up what I laid not down, and reaping that which I did not sow: and why then didst thou not give my money into the bank, that at my coming I might have exacted it with usury? And he said to them that stood by, Take the pound away from him, and give it to him that hath the ten pounds. And they said to Him, Lord, he hath ten pounds. But I say to you, that to every one that hath shall be given, and he shall abound; and from him that hath not, even that which he hath shall be taken from him

**OFFERTORY: PS. 88, 25**

Véritas mea et misericórdia mea cum ipso: et in nómine meo exaltábitur cornu ejus.

My truth and My mercy shall be with him: and in My name shall his horn be exalted.

**SECRET**

Præsta, quǽsumus, omnípotens Deus: ut, sicut beátus Ludovícus Conféssor tuus, spretis mundi oblectaméntis, soli Regi Christo placére stúduit; ita ejus orátio nos tibi reddat accéptos. Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum.

Grant, we beseech Thee, O almighty God, that as blessed Louis, Thy confessor, spurning the delights of the world, strove only to please Christ, his King, so his prayer may render us acceptable to Thee. Through the same Jesus Christ, Thy Son, our Lord, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

**COMMUNION: Matt. 24, 46-47**

Beátus ille servus quem cum vénerit dóminus ejus invénerit sic faciéntem. Amen dico vobis quóniam super ómnia bona sua constítuet eum.

Blessed is that servant, whom when his lord shall come he shall find so doing. Amen I say to you, he shall place him over all his goods.

**POSTCOMMUNION**

Deus, qui beátum Confessórem tuum Ludovícum mirificásti in terris, et gloriósum in cælis fecísti: eúndem, quǽsumus, Ecclésiæ tuæ constítue defensórem. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum.

O God, Who didst make Thy blessed confessor, Louis, wonderful on earth and glorious in Heaven, constitute him, we beseech Thee, the defender of Thy Church. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.